









S. 1750.

1. Heumann, Thamer: De vera uocis concurrec significatis  
ne.

2. Hegel, Bernhard Gottlieb: De salinis eamque inspectione  
magistratus imperialium competente

3. Linné, Gustavus Fredericus: De tabis atque officiis  
juriis communis definitione

4. Schlesmer, Carolus Jacobus: De imputacione delictuum.  
1757.

1. Sintinus, Georgius Fridericus: De vera in sole Nellyani  
et uxori mercatorum pro marito mercatore inter  
cessione applicata.

1<sup>o</sup>. Heide, Mathew: De justitia ejusq. iuribus securorum  
principia naturales ac voluntatariorum legum.

2. Augerius, Etienne Adams: Dissertatio juri publici inq. sistens  
recentiores questiones ab alijs Cambi II. G. ann.

Oboris annual bulletin controversiarum.

1752.

1. Dicatus, Georg Peter: De remissio remissionis et brevis  
missio actionum in causa appellabilibus non excludo.
2. Mauz, Conrad Fridericus: De auctoritate iuris cons  
uetus
3. Tauber, Johann Leopold: De lege in criminalibus  
processu.

1753.

1. Colmar, Carolus: De usq; iuri iurandi iuricidio jure  
Norico restricto occ. b. 1.7. 1.10 reform. Nov.
2. Zieckow, Johannes Michael Tritonius: Observatio iuri  
noristicorum quoniam juri statutarii Norici capitulo  
explanatio non.
- 2<sup>o</sup> Schreck, Bartholomaeus Jacobus: De cynoglosso.

1753

3. Vogelius, Gustav Philippus: *Singraphiam curiae  
Principalis Norimbergae . . . exhibet.*

1754.

1. Gott, Christopherus Turpovius: *De Thesauri jure  
Germanico duciorum regibus fisci ammuniendis*.  
n.s.?

1. Leche, Iohannes Cornarius: *De iudicione belli*.

16. Nagelius, Iohannes Augustus Michael: *De contracta  
quodam Iudaico omisus et vniuersitatis*

1. Oesterlinius, Christopherus: *De probatiorne  
meliori litigioribus ante reservanda.*

3. Seuzig de Schneppeler, Ger. Caspar: *De alterioribus  
fracturis, fracturis et de competentia iuris Ordini  
nisi in rebus co-perlimentibus.*

H. Volckamer, Petrus Mayus : Palladioeum juri  
communis et Noricis in materia de tabula et cura,  
dictis et ad respondentiam . . . proponit.

1755.

1. Beutner, Christopherus Sieydis : De testis signiores  
in conflictu sive passione ?
2. Haiger, Rudolph Martinus : De oportenis obligis notarii  
representantis a virto an juremento, iuris ieiuniis et lictis  
succurrere
3. Schuchter, Johannes Tines : De successione conjugum  
ex uniuersali bonorum communione secundum statuta  
Norici lit. 33 cap 4 et 5.
4. Neigel, Christopherus Daniel : D. procuratoribus.
5. Willius, Georgius Andreae : De aethetica veterum .

4572  
D. A. 1753, 2  
12  
DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVG<sup>R</sup>ALIS IVRIDICA  
SISTENS

QVORVNDAM IVRIS  
STATUTARII NORICI  
CAPITVM EXPLA-  
NATIONEM

QVAM  
AVCTORITATE ET CONSENSV MAGNIFICI  
IVRIS-CONSULTORVM ORDINIS  
PRAESIDE DEO TRINVNO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE VTROQUE HONORES ET DOCTORIS  
PRIVILEGIA RITV SOLLENNI AC LEGITIMO  
IMPETRANDI

A.D. XVII. APRIL. A.R.S. c/o Icccliii.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI TRADIT  
IOHANNES MICHAEL FRIDERICVS  
LOCHNER

S. R. I. LIB. REIP. NORIMB. SYNDICVS

AL TORFII  
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELIL

D  
DISSESTITIO DIAVOLARIS TARDI  
SILENTIUS

Q  
QVORUM MADIU  
I  
SATURATI  
EXPLA  
CATIONEM

C  
CONVENTUS MAGNIFIC  
ORDINIS

CONFIRMATIONIS

A  
AD CLOTHI

COLONIÆ MONSTRIS ET REGIOR  
IMPERIALIBUS

CONFIRMATIONIS

AD CLOTHI

JOHANNIS MICHISTI TRIDRIGAS

TOCHINGER

CONFIRMATIONIS

ALTOFFEN

CONFIRMATIONIS

ALTOFFEN

CONFIRMATIONIS

ALTOFFEN

CONFIRMATIONIS

ALTOFFEN

CONFIRMATIONIS

ALTOFFEN

**S. R. I. LIBERAE  
REIPUBLICAE NORIMBERGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
VIRIS PERILLVSTRBVS GENEROSISSIMIS  
DOMINIS DOMINIS  
DVVMVIRIS  
TRIVMVIRIS  
SEPTEMVIRIS  
CONSVLIBVS  
SENATORIBVS RELIQVIS  
PATRIBVS ORNAMENTISQUE  
PATERIAE**

INGENTIVM MERITORVM GLORIA

PER INSIGNI AVITA NOBILITATE

VENERANDA CLEMENTIA

LONGE PRAECELLENTIBVS ET EMINENTIBVS

DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS

BENIGNISSIMIS GRATIOSISSIMIS

REGIMENT FORTVNATVM, VITAM LONGAEVAM,

GENEROSSIARVM GENTIVM SPLEDOREM

PERENNEM

DEMISSISSIMA MENTE APPRECATUS

QVALECVNQUE HOC SVMMAE PIETATIS DOCUMENTVM

DEDICAT

TAM PERILLVSTRIVM NOMINVM

SENATORIBAS REFORMATI

SVLTOR ET CLIENS HVMLIMVS AC OBSEQUENTISSIMVS

IOH. MICH. FRID. LOCHNER.



A. Q.



*S*pecimen inaugurale iussu Magnifici  
ICtorum Ordinis denti et de idonei  
thematis elaboratione cogitanti mi-  
hi uaria tractatione non indigna in-  
mentem ueniebant; sed ob tempo-  
ris exiguitatem et uarios labores consilio mi-  
tato inclinabam in quorundam iuris Statuta-

A 3

iii

rū nostri capitum explanationem, quam officiū ex Perillūstris Senatus munificentia clementer in me collati ratio a me poscere uidetur, quaeque et utilitate et iucunditate sese facile commendat omnibus, quibus accurata et solida legum patriarcharum cognitio curae cordique esse solet. Deus T.O.M. faxit, ut labor qualisunque bene et feliciter succedat. Tibi autem, L.B. ne specimen tenue displiceat, sed ut

Tu cum nus hosce aequi bonique consulas,  
decenter abs Te peto.



## I.

QUERELA TESTAMENTI INOFFICIOSI  
FRATERNI IVRE NORICO NEVTIQVAM  
PLANE CESSAT.



us ciuale Romanum subsidiarium præter liberos et parentes heredes necessarios ignorare, nemo facile negabit. Illis legitimam deberi, iridem constat.

*Fratres et sorores heredes necessarios absolute tales neutiquam esse, communiter creditur. Quod tamen et his, dummodo uterinos excipias, legitima saltē, quouis tamen titulo, sit relinquenda, si turpis aut leuis notae macula laborans persona heres instituatur, sive frates sororesque contra eiusmodi quidem farinae heredes scriptos, neutiquam contra omnes alios institutos indistincte agere, et querela inoff. test. (nisi fratres et sorores ipsi macula quadam sinc aspersi l. 11. Cod. in fin.) uti possint, affirmant fere omnes. Astipulatur saltē §. I. de inoff. testam. l. 27. C. eod. Ergo fratres et sorores heredes necessarios tantum secundum quid tales recte dixeris. Ast, tamen et hi ex tribus caussis posse scribi exheredes docent Doctores ex Nov. 22. cap. 47. Quin itaque eiusmodi caussae unice casum turpis heredis instituti ponant, nullus dubitabit. Ergo fratri uel ingrati animi ex tribus istis caussis aestimandi, rite et leganter*

galiter conuictio , uel itidem infamia quadam notato heredem turpem iura quoque praeferre , cum aliis infero . LVDOVICI ad I. de exhered. ad § V. lit. b. in fine . *Ius Statutarium Noricum* absoluta doctrina de liberis et parentibus ceu heredibus necessariis uel instituendis uel exheredandis , eorumque legitima , tandem Tit. XXIX. Leg. 8. de collateribus sequentia ordinat : So ainer Freund hat , als Brüder , Schwestern , Vettern , oder dergleichen , Ime auf die Seiten verwandt , dieselben ist Er wider seinen guten Willen , zu Erben einzusezen , oder Imei viel oder wenig zuschicken , mit verpunden , Er hab gleich imr auf oder absteigender Linien , Erben oder nit . Es ist auch von unnozten sie zu enterben oder auszuschliessen , dann es steht inn ains yeden Testierers freyen Willen , solchen Seiten verwandten Freunden , etwas , oder nichts zu verordnen . Generalem esse hanc dispositionem , nec ulla restrictione limitatam , ipsa quidem uerba indicare uidentur . Stante itaque hoc placito querelam test. inoff. frat. plane Iure Norico cessare , nec illas Iuris communis exceptions esse admittendas , non adeo male ratiocinantur nonnulli . Speciosa saltet argumenta adfert Cel. FREIESLEBEN in diss. de interp. Statut. ex iur. commun. §. VIII. quae Doctissimus RICCIUS in Tractatu egregio de statutis Lib. II. Cap. XI. §. 12. sequentem in modum repetit . Es findet sich ein Statutum , worinnen diese Verordnung : Dass Brüder und Schwestern freystehen soll , ob sie ihren Geschwistern etwas verlassen wollen und sollten sie nicht

39

nicht gehalten seyn, solche deshalb nominatum zu  
erterben. Dieser Satz ist bekanntermassen dem iuri  
Romano bestimmt, und das Statutum also se-  
cundum ius commune errichtet; Aber es fragt  
sich doch dabey: Ob das Statutum nicht ex iure  
communi so zu restringiren seye: *Nisi turpis fuerit  
instituta persona?* Wir halten dafür, die Einschrän-  
kung falle per Statutum weg. Dann sollte man  
dieses mit dieser Einschränkung verstehen, so wä-  
re die statutarische Disposition vergeblich gemacht,  
indem das Statutum nichts anders in sich begrie-  
fe, als was durchs Ius Ciuile schon verordnet,  
mithin würde auch das Statutum gar nicht existirte.  
Damit aber das Statutum doch einen Effect habe,  
so ist es nothig, daß es ohne die aus dem iure  
communi geborgte Restriction und also simpliciter  
gültig seye sc. sc. Sed salua nihilominus res est,  
quae tota ad interpretationem statuti reddit. De hac  
autem tam uariae sunt doctorum tamque discrepan-  
tes sententiae, ut tam sit molestum, easdem enu-  
merare, quam difficultioris disceptationis, cuinam  
earum tuto quis innitatur. Cogites tantum, quaelo,  
permagnam dissensionem de praerogatiua Iuris aut  
Romani aut Germanici in genere, et in specie ra-  
tione Statutorum interpretandorum; et facile me-  
cum concordabis. Instituti ratio non patitur, ut la-  
tius in eiusmodi controversiam inquiram. Certissi-  
ma ac inconcussa interim ueritas manet, ut et ger-  
manici et Romani iuris patroni nonnunquam nimio  
amore seducti longe a uero aberrent, siveque ultra-

B

que

que pars haud raro in extremum delabatur. Suscipiendum est iure meritoque Ius Germanicum ; nec tamen Romanum ceu subsidii causa adscitum (non disquiro, an bene et prudenter?) semper et ubique parui pendendum et ex legitime acquisito quasi honoris et valoris gradu *ausu priuato* praecipitandum. Sicut enim illud non sufficeret, ita hoc frustra et perperam ubique applicaretur. Germanici iuris notione non antiquas solummodo leges et consuetudines, sed recentiores potius contineri hasque in primis esse colligendas, exque illis illustrandas docuit Excell. Dn. HEVMANNVS, Ordinis Iurid. incluti h. t. Decanus spectatissimus, Altorffinae huius ornamentum, Patronus, quoad uiuam, pietate uenerandus in *Meditat. de iur. Germ. Stad. Exercit. iur. uniu. praemissa* §. 8. seq. Scriptores de proedria iuris Germanici aut ciuilis Romani ordine recenset Cel. IENICHEN in Suppl. ad Bibl. Iurid. LIPEN. Tit. *Ius Ciuale an Germ. sit praferendum?* Ex tam variis et dissidentibus opinionibns recte deriuabis dissensum de interpretatione statutorum. Quidam nil nisi Ius Romanum clamitant, extollunt Germanicum alii. Illi praeter praecpta alia inculcare solent regulas : *Statutum de materia iuris communis cauens, recipit omnes ampliations et restrictiones a iure communi;* item : *Statuta obscura ex iure Romano sunt exponenda, declaranda; et interpretatio in statutis semper capienda, per quam ius commune quam minime laeditur, porro: Statuta nimis generalia et a iure Rom. exorbitantia sunt restringenda: etc. etc.* Hi longe aliter philosophantur, in auxilium fere ubique uocant Ius Germanicum,  
omnia

omnia statuta plerumque ratione Iuris Rom. esse exorbitantia et correctoria, hinc eadem de eodem disponentia, de quo alias extat iuris Communis sanctio, ita esse interpretanda contendunt, ut aliquid ultra ius commune operentur. Celeb. RICCIUS c. l. qui cum FREIESLEBENIO ultimam regulam imprimit in nostro textu explicando adhibendam putat. Sed ut uerum fatear, et dicam, quid sentiam, neutra harum opinionum indistincte placet, neutra semper et ubique certo nititur fundamento, et regulae allatae nunquam non fallunt. Alterum, inquit CICERO de nat. Deor. Lib. I. §. 5., projecto fieri potest, ut earum opinionum nulla, alterum certe non potest, ut plus una uera sit. Medium semper tenuere beati, et qui bene distinguit, bene utique docet. In genere rationi admodum conuenit, ut capita statutorum regulariter semper eo ex iure sint aestumanda, explicanda, ex quo fuere deriuata. Sic Germanicum plerumque si non semper quiescat in materiis Iuri Rom. propriis, nec maioribus nostris cognitis; contra ea, autem fuge Romanum in capitibus pure germanicis, eius applicationem ob Reip. diuersitatem abhorrentibus. Neutrū Ius ueniat subsidio in arbitrarīis magistratuum ordinationibus recentioribus ex neutrō petitis; has forsan dubias unice determinet interpretatio authentica. Exempla ab aliis iam dudum indicata, nec adeo latent. In specie uero in interpretandis statutis prouide et rite uersatus ante omnia probe attendat necesse est, utrum Statutum nonnisi ex patriis moribus tantum, an, uti Saec. XV. et XVI. plerumque factum nouimus, ex iure peregrino et domestico simul collectum sit? hoc enim casu po-

teriori alterutri iurium praerogatiuam indistincte tribuere uelle, absolum foret. Quodlibet enim caput, uti monitum, tunc ex proprio fonte, ex quo deriuacum, explicandum. Semper itaque placuit CEL. KOPPII Vorrede zu denen Proben des Deutschen Lehen = Rechts, qui medium eamque tutissimam uiam plerumque esse capessendam duxit, dicens: Sind dergleichen Landes = Statuta, Rechte und Gewohnheiten vorhanden, so muß das Ius Romanum zurück stehen, und solchenfalls hat das Ius Germanicum vor demselben den Vorzug; Sind in Gegenthil dergleichen nicht vorhanden, oder sie können dem Richter nicht dargeleget werden, so gehtet man auf das Ius Romanum, jedoch unter denen so eben erwähnten Bedingungen, zurück, und darin bestehet dessen Vorzug vor den Iure Germanico. Sind aber die Landes = Ordnungen, wie in dem XVI. Saec. gemeiniglich geschehen, aus besonderley Rechten zusammen gesetzt, so kan sich keines einigen Vorzugs vor den andern rühmen, sondern es muß alsdann eine jede Sache aus demjenigen Recht, woraus dieselbe in die Landes = Ordnung eingetragen ist, und dessen principiis beurtheilet und entschieden

**den werden.** Haec pro scopo sufficient. Redeo in uiam. Quilibet facillime sentiet, me a Cel. FREIESLEBENIO aliisque consentientibus plane dissentire, ita, quod Reformationis Noricae generaliter concepta de collateralibus dispositio nihilominus ex Iure Romano, ex quo certe petita, admittat et restrictiones et limitationes, supra suppeditatas, sine dubitatione statuam. Legislatores enim sapientissimi ipsi expresse et distincte praefari sunt: Wir Burger-Meister und Rath der Stadt Nürnberg, fügen allen = zu wissen, nachdem unsere liebe Vorfävren und Eltern seligen, zu pflanzung und Erhaltung Rechtens und ainigkeit, zwischen iher Burgerschafft und Unterthanen, auch zu beförderung des gemainen nutz, in crassit der Kays. und Königl. freyhainen, dormit ge maine Stat begnadet, und in Bedacht ires tragenden Ampts, etliche ordnungen und sazungen, wie es inn Gerichten und burgerlichen Policeischen hendeln gehalten werden solt,  
**N.B. aus denen Kaiserlichen Rechten und alten gepreuchten,** wie es nach Gelegenheit diser Stat, am füglichsten geschehen mögen, vor vil Jahren in ain Reformation buch zusammen tragen lassen sc. sc. Ergo Ius Statuarium nostrum praeципue *ex iure ciuili Romano*, et *consuetudinibus antiquis domesticis collectum*. Cur itaque eundem modum, quo Patres Patriae prudenterissimi in colligendo Reformationis Codice usi

sunt, in eodem interpretando non sequamur. Eadem ueneranda Reip. ill. columnata per merata nostri textus repetitionem iuri Romano derogare noluisse uel exinde paret, cum alias omnes mutationes, et correctiones plerumque uel diligenter annotare uel distincte exprimere nunquam neglexerint e. gr. Tit. 29. l. 9. 10. Tit. 39. l. 5. Frustra autem hic tale quid desiderabis. Mutationem, si placuisset, indicare non omisissent certe prudentissimi Legislatores. Tota potius materia antecedens de heredibus necessariis tam ascendentibus quam descendantibus, ut et de legitima computanda, apprime conuenit cum Iure Romano, quod in dispositione de collateralibus non minus comprobatur, licet tam copiose eadem non expressa. Nec FREIESLEBENII rationes a CEL. RICCIO relatæ Textus statutariorum restrictionem statuminare, et nostram vincere ualent sententiam. In eo enim ut assentiar, viro alias doctissimo, cum omnia statuta *semper* et *indistincte* Iuri ciuili Romano derogare uoluisse, praesumendum putet, a me profecto impetrare nequeo. Non minus durum uidetur, dum prouinciarum et ciuitatum Sanctiones ius Civile tantum repetentes existimet superuacaneas, nisi quicquam ultra ius commune operentur. Diuersa nimirum Legislatorum uoluntas diuersam iterum necessario parit et suppeditat interpretationem. Tantum abest, ut Senatus Noricus illustris per statutorum publicationem in omnibus capitibus iuri derogare communi cogitauerit, ut potius placitorum quedam ex iure communi auxiliari quis denen RAY. geschriebenen Rechten colligenda curasse, sicutque CO.

cooptasse, expresse in supra memorata praefatione fassus sit. Ad primarium porro promulgandi Legum Noricarum Voluminis finem si respicias, facillime exinde intelligere poteris, statutum, licet nonnullis in capitibus meram, uel copiose uel summatim et abscisse conceptam Iuris Civilis sanctionem in se contineat, non statim omni omnino destinato gaudere effectu. Memorata praefatio haud obscure loquitur. Und wir aber aus langer vnd täglicher erfahrung besunden, das etliche, vnd ain grosser teyl derselben Reformation Ordnungen vnd Gesetz, dem gemainen Mann, zu weitleufig vnd irrsam, etliche mit genugsam aufgesucht vnd geleutert, --- derhalben wir verursacht, - - - die Ordnungen und Gesetz in bevrüter Reformation verleibt - - an etlichen orten einzuziehen, zu leutern, zu pessern, vnd mit etlichen nothwendigen Sazungen zumeeren, und so uiel möglich, inn ein richtige, verständliche, kurze Ordnung zupringen, vnd widerumb in Druck zu geben.

Id ceterum lubentissime largior FREIESLEBENIO et aliis, idem in urbe iuris ratione collateralium fuisse, licet Statuti lex data neutiquam existeret. Sed quid cum? Quid impedit, quo minus magistratus Iuris Statutariorum Codicem componens hoc uel illud aliunde licet mutuatum caput asciscat, cumque consuetudinibus patriis et nouis ordinationibus comprobet? Nonne potest fieri, ut scita iuris peregrini latini, subditis plerumque horum insciis solummodo

do inculcentur , et ad eo maiorem et certiorem notitiam idiomatico patrio publicentur ? Nonne huiusmodi statutum utique abundat utilitate ? Nonne, effectum ullum eidem tribuere nolle , nefas ducendum ? Profecto maxima statuti nostri pars sanctiones aduenticias auxiliares repraesentat . Ast praeter FREI-ESLEBENII rationes prolatis hactenus sententis confixas aliud nec adeo leuidense enascitur dubium . Tradit nimirum Excell . Dn . Commentator ad Reform . Nor . T . I . p . 26 . ciues Noricos ante conditum legum propriarum codicem , et moribus patriis et uicino legum Bauararum libello Bayer . Rechts Buch , Lantbuch , Land Recht , quibusdam in capitibus uixisse . quem CEL . DN . HEV- MANNVS , Patronus summus , istius praestantia motus in egregiis OPVS CVLIS pag . 11 . usque ad 288 . commentario eruditionis laudibus abundantissimo illustrare dignatus est . Deprehendi autem in memorato iuris antiqui Bauarici codice Tit . XI . art . Vmb geschwifstergeit mit getailter hand sitzen , sequentem de collateralibus sanctionem : Wo geschvvi- stergeit mit getailter hand sitzen yegleches seiner hab besunder , da mag ir yeglechs sein hab vvol gebn , vnd machen , oder an dem zopf schaffew , vven es vvil frevunten oder lantlavrten , und da sollen in sei- neuu geschwifstergeit noch ander sein frevunt nicht an irren noch engen . Certe primo quidem intuitu , no- strae Reformationis Texus istud placitum gentis Boi- cae repraesentare , sicutque hoc minimam licet exten- sionem ad quaedam non diserte expressa dissuade- re uidetur . Sed uidetur saltem ; nec ille repraesen-  
tat

tat, nec hoc re uera dissuadet. Noricae enim Legis facies magis Romani redoleat iuris genium, et distin-  
ctius in eadem Quiritum scita et notiones repetuntur.  
Sic uerba *zu Erben einsezzen*, et *zu enterben* no-  
tancer uidentur inserta, quae libellus ignorat Bauaricus.  
Compilatorem itaque Noricum accurate legum ciui-  
lium ordinationem uoluisse transcribere, non sine ra-  
tione statuo. Quidni et ex iisdem textus Noricus  
esset illustrandus, explicandus? Immo ipsae leges Bo-  
iorum quasdam produnt Iuris peregrini latini laci-  
nias illis passim attextas. Nec prorsus diffitetur CELEB.  
DN. HEVMANNVS laudatus l. c. p. 42. sq. libel-  
lum Bauaricum sanctiones adoptasse peregrinas, li-  
cet Romanis similia ex iis nata esse negare uideatur,  
quod Carmen ex splendida ab ipso EXC. DN. HEV-  
MANNO memorata Romanae Iurisprudentiae opi-  
nione utique factum fuisse, magis putarem. Tan-  
tum itaque abest, ut objectionis huius aliqua ha-  
beatur ratio, ut potius thesin nostram extra omnem  
dubitacionem positam, certo existimem.

## II.

LIBERIS IVRE NORICO PRAECISE  
TITULO INSTITUTIONIS HO-  
NORABILI LEGITIMA  
RELINQENDA.

*Iure peregrino recentiori* Liberos titulo *institutionis ho-*  
*norabili, et propter ius accrescendi pinguori fuisse*

C

insti-

instituendos, inter omnes constat. Hinc illi, cui maxima licet bonorum pars, legati uel alio singulari titulo reicta, nihilominus querelam dari inofficiofi, sicuti contra ea heredem in minima tantum parte institutum ad supplendam tantummodo agere legitimam, dubitatione caret omni. NOV. 115. cap. 3. pr. l. 30. C. de inoff. testam.

Ast patro iure titulum istum honorabilem frustra desiderari, sed alium quempiam legati, donationis etc. sufficere tradunt b. WVRFFBAIN in diff. I. C. et R. N. p. 62. 64. 215. EXC. COMMENT. ad Ref. Nor. Tit. XXIX. L. III. §. 2.

Quod si uerum tantorum virorum pace fateri licet, ut eiusmodi sententiae adscribam, a me impretrare nequeo. Ipsum quidem Ius Statutarium nostrum Tit. XXIX, L. 3. §. Wann aber die Kinder scilicet iuris ciuilis scita penitus improbase, nonnulli crediderunt. Sed nec olim b. THOMASIO in diff. de Noricorum causis adimendi legitimam §. 5. sq. usum fuit, nec mihi, re penitus pensata, uideatur, textum datum ad rem et lalentiam contraria in accurate conuenire.

Certe iam ab ipso THOMASIO laudato indicatus locus Reform. Nor. Tit. XXIX L. 9. §. So aber scilicet heredis institutionem, quam ius commune, ceu testamenti basin et fundamentum jactat, Noricum autem alias neutiquam praecise requirit, in dispositionibus tamen

tamen ascendentium uel descendantium ratione heredum necessiorum, omnino esse obseruandam, expresse haud alia ex ratione sancit, quam quoniam ipsa legitima personis dictis correlatis titulo honorabili institutionis siue heredis sit omnino relinquenda. En! ipsa Codicis nostri uerba: Wiewol in gemainen Rechten, die Erbsazung in ainem yeden Testament, fur das Hauptstuck gehalten wurdet, yedoch zu Handhabung des Testierers Willen, sollen die geschefft vnd ordnungen, ob gleich darin kein Erb benent wern, fur crestig gehalten, vnd vollstrekt werden.

So aber imm ab oder aufsteigender Linie, aizner oder mer Erben imm Leben weren, im selben fall, sollen die ordnungen vnd sazungen gemainer Recht, mit aufgehebt sein.

Quis, quaeso, dispositioni tam clarae, non abrogatae, denegabit fidem? Quis eandem infirmam affirmaret aut mutatam? Ius nostrum Statutarium antiquius a. 1522. impressum Tit. XX. L. I. textum egregie colustrat allegatum, notanter enim in illo positum; Und ob hinsfur Geschefft würden aufgericht, darinnen kein Erb gesetzt oder benent, sonder die habe sonst wider vnd fur verschickt würde, wiewol gemachten Rechten nach sölliche Geschefft fur kein zierlich Testament möchten geacht sein. Aber desterminder nit zu Handhabung des Gescheftigers Willen wo anders mit Noterben vorhanden sein.

sein. So soll sollichs Geschefft als ein Codicill oder sonst als ein letzter Will exequirt, vollstreckt vnd volzogen werden.

Quid: quod ipse textus supra allegatus Tit. XXIX. L. III. §. Wann aber ic. quern ipsi solent allegare dissentientes, horum intentioni penitus refragatur. In illo quippe uocem Verordnen non legata, donationes etc. tantum, sed et ipsam heredis institutionem sub se posse comprehendere, me non sinunt dubitare verba clara textus Reform. Tit. eiusd. L. 6.

§. Ob auch ic.: inn Erb = oder Geschicks weise verordnet ic.

Nec ipse sensus Textus L. III. §. Wann aber ic. obscure innuit, ibidem dispositionem l. 30. C. de inofficio testamento proprie fuisse mutuatam, siveque actionis, ut uocant, suppletoriae, quae legitimae inseruire solet supplemento, indeolem repetitam. Faciunt hoc in primis uerba: So können sie das Testament nit wiedertreibett (i. e. querela inofficiosi, liberi enim titulo honorabili instituti necessario ponuntur) sondern mögen allain, vmb ergenzung vnd volkomme erstattung oder erfüllung (En! actionem suppletoriam) irer gepürenden legitima clagen. Cum autem actio ista expletoria heredis institutionem in minima etiam bonorum parte necessario ponat, et ad excludendam inofficiosi querelam satis odiosam unice tendat, aut fallor, aut sic eo magis

gis tituli institutionis honorabilis in relinquenda legitima necessitas egregie stabilicur. *Non enim, inquit, LVDOVICI in Doctrin. Pand. Lib. V. Tit. II. §. XIV.* datur querela inoff. SI QVIS HONORABILI HEREDIS TITVLO institutus, licet in minima parte, nam injuria non est adfectus, (adde: nec caret iuris accrescendi emolumento) agitur uero tunc ad supplementum legirimae, quae actio a Dd. expleatoria uel suppletoria uocatur.

Recte hinc existimo strictae Iuris statutarii dispositioni tamdiu esse inhaerendum, et sic ius communne utique obseruandum, donec eiusmodi scita legitimate esse abrogata, iuste probetur, uel Magistratui illustri nostro, eadem tollere, imposterum placeat.

Nec praeiudiciis paucis contrariis antiquioribus uim esse tribuendam putarem; nec eadem legem expressam tollere ualent, si Magistratus splendidissimi deficiat auctoritas, et contraria fententiam legibus scriptis magis conuenire, sit in aprico. WOLFF. *in diff. inaug. de eo quod iustum est circa praeiudicia iudicialia.* Ceterum et hic militiam suppeditare exceptionem, ita ut Iure Norico miles siue iure militari et modo priuilegiato, siue iure communi testans institutionis titulo liberis aliquid relinquere non teneatur, ideoque in eiusmodi casibus querelam inofficiosi penitus cessare, stipulante iure peregrino, affirmo. l. 9. 24. et fin. C. de inoff. test. l. 27. S. 2. n. cod.

OPIFICES RATIONE MERCEDIS ET SVP-  
PEDITATAE AD AEDES REFIENDAS  
MATERIAE IN CREDITORVM CONCVR-  
SV ET IVRE COMMVNI ET STATVTARIO  
NORICO GAVDENT TACITA HYPO-  
THECA ET IVRE PRAELATIONIS  
SINGVLARI.

**N**on raro, si creditorum cohors ex debitoris obae-  
rati bonis sua seruare anhelet, et eadem uix com-  
mode omnibus omnino sufficient, de *praelatione*, sive  
*prioritate* acriter dimicari, nouimus. Illorum quilibet  
suum semper creditum fauore, auxilio dignum  
existimat, et *ius nonnunquam singulare*, priuilegium,  
quibusdam datum, et sibi et suac pecuniae applicare  
molitur. Sed spem saepissime multos fefellisse, et  
ipsam *classificationis sententiam*, qua certus credentium  
determinatur ordo, quorundam animos magis percu-  
lisse, quam recreasse, experiuntur fora.

Profecto opus est prouidentia, ne nosmet lacte-  
mus ipsos, atque plus nobis tribuamus, quam legum  
fert auctoritas. Aequre autem peccat, si creditorum  
quidam suum ex nimia negligat diffidentia, uel iudex  
haud satis crediti ponderet qualitatem, fauorem.  
Facillime enim ad extrema delabimur. Sic non de-  
funt, qui opifices omnes in miserrimam personalium  
detrudant classem, et iure quodam singulari censeant  
indi-

indignos; cum contra ea alii eosdem et pignore tacito et iuris muniant praelatione. Magnam hic deprehendes Dd. dissensionem, et in foris subinde gliscunt lites, quibus nonnunquam uix melius, quam transactione consulitur. Sed salua nihilominus res est. Vraque quidem pars suis pugnat telis, sed quacdam citius languescunt.

Mea ex opinione semper legum auxilio uincunt, qui fauent opificibus. His et *Ius commune et Statutarium nostrum* opitulatur.

Evidem praeter alios ILLVSTRIS DE WERNHER in enunt. fori hod. P. I. en. XXVIII. et in Tomo III. Obs. Forens. ex enuntiationibus dictis enato Obs. XXVIII. p. m. 43. Priuilegium opificibus datum iure communi prorsus desticui, solidis argumentis affirmat: Sed cum merito suspiciam tantorum uirorum doctrinam, ita non sine specie existimantium; tum facile impertraturum confido ueniam, si et ego de ipsorum legum interpretatione, indeque enata argumentatione sententiam exponam qualemcunque, et postea ipsorum decenter respondem rationibus.

Credentes nimirum ad rem reficiendam conseruandamque absque ulla dubitatione promouent et utilitatem publicam, quea domus ruinosas esse prohibet, et ipsorum concreditorum praecipue hypothecariorum priuatarum, qui quippe salua facta pignoris causa feliciori possunt in rem agere successu HVBER in prael. ad Pand. Lib. XX. Tit. IV. §. 12. p. m.

1057.

Quoquo

Quoquo modo igitur sit, ut res reficiatur, uel conseruetur, priuilegium tunc iustum inuenire locum, uel exinde patet, cum ratio legum primaria unicerei alicuius conseruationem respiciat, et nil nisi rem ponat saluam praecise factam. Sic in textu cardinali legis 5.  
xii. qui potiores in pignore generalem deprehendo sanctionem: Interdum posterior potior est priori, ut puta, si in rem istam conseruandam imperium est, quod sequens cre-  
dit, et l. 6. pr. d. r. euidentissimam continet prioris rationem; Huius ENIM pecunia SALVAM FECIT to-  
tius pignoris caussam. Nec aliam admisit GODOFRE-  
DVS ad d. 1. dicens: Saluam fecisse totius pignoris cau-  
sam, caussam priuilegii exigendi inducit. Nec aliam admit-  
tere potest, curatus qui in legibus conatur uersari in-  
terpretandis. b. LAVTERBACHIVS in Colleg. theor.  
pract. Tit. in quib. causs. pignus etc. II. Lib. XX. § 69.  
lex, inquit, prima n. in quibus caussas, quamvis in fine  
de sumis loquatur; nihil tamen obstatre uidetur, quo minus  
eandem DE ALIIS QVO QVE REBUS accipiamus —

Data enim est haec tacita hypotheca OB CAVS-  
SAM, non uero ob qualitatem rei creditae. u. EXCELL.  
COMMENT. AD REFORM. NOR. Tit. XXI. L. 4.  
§. 2. WESTENBERG de Diuo Marco diss. XII. §. 4. p.  
358. PVFFENDORFF obseru. iur. uniuersi. Tom. II.  
obf. CLXX. Quod si autem ex Legis ratione illis  
uidemus semper tribui praelationis priuilegium et ta-  
citum pignus, qui rem ipsam aliis obligataim fecerunt  
saluam; certe nil interest, utrum pecunia numerata in  
cum finem mutuo data, uel materia statim subministrata,  
et operis, quae ipsos alias absorbent numimos, et qua-  
rum rerum caussa isti solent mutuo dari, res reficiatur.

Num-

Nummi enim tanquam nummi certe dare originem non potuerunt priuilegio, sed *res ipsa* nummis uel in natura uel per *aequipollens* datis *refecta*, *conseruata*. Opifices quippe materias subministrando, operasque mercede dignas praestando, aequo rem reficiunt, quam nummos ad materiam emendam, et soluendam opificum mercedem mutuo dans. Fit sic per pauca, per opifices statim, quod alias fieret per plura, per alium adhuc creditorem, nummos suppeditantem. Nec ob ILLVSTRIS WERNHERI rationes sat speciosas deserunt uadimonium. Putat quidem Vir summus, per l. i. in *quisibus causis pignus erit l. 6.* qui *potiores in pignore pecuniae, nummis,* expresse dari priuilegium, et sic eiusmodi ius singulare ultra casum posse neutiquam extendi. Sed nego, expresse pecuniae datum fuisse priuilegium; licet pecuniae, tanquam aptissimi frequentissimique mediij, facta mentio.

In hoc enim, ut nonnisi numeratam priuilegio dignam iudicent pecuniam, peccant omnes WERNHERO consentientes. Vbi, quaeſo, expresa sanctio, ut praeter pecuniam alia res legali sic fauore indigna: l. 5. qui *potiores in pignore generalia* habet: *si quid in rem istam conseruandam impensum est, quod sequens creditur.* Impendi autem praeter pecuniam potest omne, quod rem facit saluam; Et ille credit, qui materiam, sine qua pecunia esset inutilis, subministrat, qui operas quotidiana mercede compensandas praefstat: l. 6. eod. minime disponit de pecunia numerata solummodo *exactionis priuilegio* digna, sed rationem exhibet legis, quae semper rem desiderat saluam. Pecuniae iniecta men-

tio ceu medi frequentioris, sed unius positionem non  
 esse alterius ad eundem legalem finem tendentis ex-  
 clusionem, nouimus omnes. Sic l. i. *in quibus cau-  
 sis pignus et pecuniam et nummos exprimit*: Sed quis,  
 quaeso, eiusmodi res solas, silente lege, necessaria  
 dixerit requisita? cf. quae supra ex LAVTERBACHIO ad  
 h. l annotauimus. Concedo, in lege ista proponi ca-  
 sum, pecuniam ad restitutionem aedium mutuo da-  
 tam pignore dignam esse tacito, aliisque praeferrri. Sed  
 constanter nego, praeter pecuniam aequipollens ad  
 reficiendas aedes datum excludi simpliciter. Ratio le-  
 gis generalior aequitate nixa rem saluam facienti, ideo-  
 que et aequipollenti et pecuniae tribuit priuilegium.  
 Ius singulare utrique competit: hinc uerum quidem,  
 ut iura singularia ultra casus haud extendantur expre-  
 ssos; sed iterum iterumque nego, expresse tantum ius  
 singulare pecuniae cum aliarum rerum exclusione fu-  
 se concessum. Sic enim peteretur principium. Ius  
 singulare potius datum est illi, qui rem fecit saluam,  
 et cuius opera aliquid in rem conseruandam impensum  
 est, siue id pecunia numerata, siue statim rebus et fa-  
 citis, quorum caussa illa solet dari, id fiat. Haud ab-  
 sonam puto locutionem: *Opificum quoque pecuniam rem  
 saluam fecisse*. Cur itaque priuilegio dato eosdem cen-  
 seamus indignos? Cur eorundem pecuniam aequa in  
 ipsam rei utilitate creditam a dispositione legis gene-  
 rali inique arceamus? Nec silentio praetereundum, li-  
 cet datis in legibus pecuniae tantum enuntiatue, non dis-  
 positivae facta fuerit mentio, tamen pecuniam simpli-  
 citer quoque et dispositivae positam haud semper de-  
 notare nummos, sed res alias omnes, omniaque alia

cor.

corpora. Legi meretur l. 178. de Verb. signific. PECVNIAE uerbum non solum numerata pecuniam complectitur, uerum omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora; nam corpora quoque pecuniae appellatione coniueri, nemo est, qui ambiget. l. 222. eod. PECVNIAE nomine non solum numerata, sed omnes res continentur. cf. l. 32. ad SCTum Trebellian.

Quinimmo pecuniae nomen tunc strictissime sumi pro nummis, cum uerbum *numerata* adiungatur, l. I. pr. π. de conduct. Triticiar. euidenter disponit. Sed obiicis forsan, l. I. *in quibus cauiss pignus nummorum meminisse.* Concedo, in isto casu redemptoris singulari praeceps loqui de nummis legem, sed neutiquam cum exclusione rerum aliarum una ratione comprehensarum: nec in lege ipsa, nec in l. 5. et 6. *qui potiores etc.* pecuniae aliter, nisi exempli gratia, fit mentio. Quanta autem sit ista controuersia acriter subinde in foris agitata; prudentissime tamen obicem posuerunt sapientissimi Iuris nostri Statutarii conditores, ut concipi nonnullorum uix queat dubitatio. Tacitam quippe hypothecam omnibus rem quoquo modo aut pecuniam aut aliud quidpiam credendo taluam facientibus fuisse concessam, non dubitare sinit clara dispositio L. 4. Tit. XXI. Wann yemand zu erpawung oder zu pessierung vnd erhaltung ains Hauss oder anderer gütter, gelt oder anders darleihet, So seyen jme dieselben Heuser oder Güter für solch sein dargelihen Gelt, oder andere für-

streckung stillschweigend verpfendt, Also das  
 Er desselben darauf gewertig sein vnd habhaft wer-  
 den mag. Isdem nec ius praelationis fuisse denega-  
 tum aperte comprobat Tit. XXII. L. 6. So ainer  
 dem andern zu erpaung, pessierung vnd erhaltung  
 eins Haß, oder andern Guts, fürstreckung ge-  
 thon hete, vnd bewisen würde, das es ain noturfe  
 gewest, vnd sein dargeliehen Geld, oder Anderh  
 dahin gewendet werden were, So soll ime vmb  
 solche sein Darstreckung, VVor andern Glau-  
 bigern verholzen werden, doch der Frau anjrem  
 Zugebrachten Heirath-Gut, dessen sie noch mit  
 bezalt, unvergriffenlich. Vterque textus Ius Latinum  
 egregie illustrat, et simpliciter creditum quocunque  
 eine Fürstreckung exprimit, et praeter pecuniam alles  
 anders, eine jede andere Darstreckung notanter ad-  
 mittit. Nec semper uerum esse; uocem credere Dar-  
 leihen die Darstreckung tantummodo nummis es-  
 se propriam, ipsimet textus dati innuunt, et contra  
 dissidentes bene notandum, e re esse duxi. Vicinum  
 quoque Ius Bauaricum, egregie saepius nostro cum  
 iure statuario concordans, non minus distincte praet-  
 ter pecuniam ad omnem materiam aedibus reficien-  
 dis idoneam memoratum porrigit privilegium. vid.  
 Land-Recht des Fürstenthums Ober- und Nieders-  
 Bayern. P. II. tit. 2. art. 6. p. 67.

Forla.

Forfitan autem nonnullis haec arrident dicta respectu materiarum ad reficiendum creditarum, quae ipsis mercedi opificum uix commode uidentur accommodanda. Dissidentes suis ex principiis multo minus his fauere, patescit. Sed ego et mercedi priuilegium concedo. Nil profecto prodeſſent, ſi non diligentia in ordinem redigantur opificum, et domui applicentur reficiendae, subministratae materiae. Facta requiritur res ſalua, locum ut inueniat priuilegium. Et opificum Magister der Werck=Meiſſer credit, cui materia debetur et merces. Nonne pecunia ad reficiendum mutuo data unice ſolet ad materiam destinari emendam, ſoluendosque opifices? Nonne magiſſer opificum, qui non ſolum subministrat materias ſua certe pecunia comparandas, ſed et ſuos operarios mercenarios ſeine Gesellen und Handlanger uel quotidie uel ſingulis ſoluit hebdomadibus, re uera debitori credit pecuniam? Nonne itidem debitoris gerit negotia? Nonne eius pecunia rem facit ſaluam?

Quidni igitur opificibus breui ſic manu credenti- bus, ius iſtud largiamur ſingulare? Ecur iſtud, re ſalua facta, generaliter datum tam angustis contra legum intentionem rationemque includamus cancellis?

Ius Noricum eo magis hanc adiuuat opinionem, in illo quum noranter alle dar- und fürſtreckung admittatur. Sed forſan moue ur dubium ex L. 8. Tit. XXII. Wiewol die Taglöner, Gehalten, vnd andre dergleichen Personen ires verdienten Liedlons halber, on besondere geding, kein Pfand: Gerechtig-

tigkeit haben, sondern allain ain Personliche Freyheit, So geen sie doch vmb jr verdient Lidlon, alten andern personlichen glaubigern vor.

In hoc enim textu nonnisi personale attribuitur priuilegium. Quid quod nec hoc opificibus putant nonnulli conuenire, cum ius singulare mercedi datum domesticae, ad mercedem produci opificum habeant nefas. Et recte quidem meo iudicio. Opifices uero nostri nec optant nec merentur ius singulare mercedi familitiae proprium. Pinguius supereft; id scilicet, datum quod rem facientibus saluam. Textus modo transcriptus statuti nostri unice respicit personas et operarios alios quoscunque solummodo seruientes PERSONAE, quibus ne quidem alibi illi, qui non sunt in domini uictu, die nicht gebrödet sind, solent accenseri. Sic decisum legitur in Sententia apud CARPZOVIVM in iurisprud. forens. P. L. Const. 28. d. 27. cf. ORD. PROC. MAGDEBVRG. de a. 1686. c. 49. class. I. §. 4: Longe aliter autem puto cenendum de opificibus non personae, sed REI principaliter seruientibus, id est, illis, qui operis rem fecerunt saluam suis, qui quippe OPERIS QVALIFICATIS (\*) manu scili-

---

(\*) Putant nonnulli haudsine specie, opifices aedes reficientes, et materiam suppeditantes legali quidem dignos esse fauore; sed ad omnes operarios, Tüncher, Schlosser, Haffner, Glasser: c. quor-

scilicet et materia praecise ad aedes reficiendas suppedata ipsius massae promouerunt utilitatem. Hos igitur, non illos, iure hactenus deducto singulari, sic et tacito pignore, ex actionis priuilegio esse dignos optimo iure opitulante afferro; cum dentur adhuc alii, qui quidem quoque subministrant materias, sed nequitiam aedium refectioni, ipsius potius debitoris personae proficuas, e. gr. Schneider, Schuster, Fleischer &c. de quibus intelligendus HARPPRECHT Respons. XCII. n. 95. Nec cerebro innititur haec distinctione, nec usum plane respuit omnem. Certe in dem Ober-Pfälzischen Land-Recht Tit. 2. art. 7. in alio licet casu curatus posicuum: Die dritte Stelle gebühret dem Lidlohn doch nur vor ein Jahr, item die Handwercks-Leuthe, welche ihre Arbeit ohne Dargebung der Materialien angewendet. u. MÜNCH-MEYERI

---

quorum opera non praecise Erbau- Besser- und Erhaltung eines Hauses requiratur, priuilegium extendere nolunt. Nos uniuersaliter thesin nostram affirmamus. Debitori enim credunt hi aeque ac illi. Et hi posteriores aeque aedes conseruant, aeque locant operas, materias, subministrant. Quodsi enim operae derer Tuncher, Schlosser, Hafner, Glasser &c. non adhiberentur, non solum domus inutilis esset, sed temporis tractu penitus dirueretur. Forsitan hue sperant uerba Reformationis nostras: Besser- und Erhaltung.

MEYERI Compend. des Ober - Pfälzischen Land-  
Rechts p. m. 38. Simile quid deprehenditur in Con-  
stitutionibus Bambergensibus, quas recenser DIET-  
HERR in continuat. thes. Besold. voc. LIDLÖHN.  
p. 325. cf. Hohenloh. Land - R. p. 214. Distinctius  
itaque separantur die Handwercks - Leuthe, die ihre  
Arbeit ohne Daseingebung derer Materialien ange-  
wendet ab illis, die die Arbeit mit Daseingebung  
der Materialien angewendet. Quidni et hac distinc-  
tione nostro in casu utamur? Quidni opifices et ope-  
ris et materiis subministratis domum debitoris reficien-  
tes maiori existimentur fauore digni?

Praeter rationes iam deductas nec singularis de-  
est aequitas. Finge enim, domum eridarii fuisse ad-  
modum ruinosam, et eandem sic non valuisse 500.  
florenos, aedes autem refectas et restitutas facilime  
pro 800. fl. posse uendi. Finge porro, hypothecarii  
ultimam absorbere summam, et sic non admit-  
tere uelle opifices reficientes. Hypothecariis certe  
omnis refragaretur aequitas, et ipsae iuris rationes al-  
legatae. Aequissimum enim puto ius praelationis opi-  
ficibus datum. Iniquissimum et durissimum, operas  
alii ante ipsos prodesse.

Nec uerum sentiunt detrimentum hypothecarii.  
Quod si enim aedes non refecissent opifices, uiliori  
debuissent uendi pretio 500. florenorum. Refectis  
igitur aedibus illi impensas deducunt meliorationum,  
et creditoribus aliis relinquunt pretium, quod ante  
refectionem iam extitit. Interim tamen per restitu-  
tionem

sionem aedes pluribus placebunt emporibus, ne-  
mo quas illa omissa, facile acquisiuisset. Quod super-  
est, si epius sum miratus, qua ex causa nonnulli praela-  
tionis priuilegium, nonnisi hypotheca specialiter  
constituta, uelint largiri aedes, reficienibus? Eius-  
modi certe opinio auctoritate legum neutriquam uide-  
tur corroboranda. Prouoco dissentientes ad legem,  
ipsis astipulantem, producendam. L. 1. *in quibus pi-*  
*gnus l. 5. 6. qui potiores in pignore de hypotheca si-*  
*lent constituenda.* Ille, qui ad emendum creditit,  
non prius quidem potest priuilegio potiri praela-  
tionis, quam simul sibi constituendam curauerit hy-  
pothecam. l. 7. C. *qui potiores in pignore l. 17. C. de*  
*pignoribus NOV. 136. cap. 3.* Sed aedes reficien-  
tibus ad easdem restituendas credenti ius singulare  
datur simpliciter, et sic ab illo hic discernitur.  
Latius hanc in rem inquirit, et dissentientium  
sententiam impugnat SCHMID. *ad Ius Bauar.* Tom.  
I. in proc. Edict. tit. 2. art. 6. MOO 1130K  
100 1100K 1100K 1100K 1100K 1100K 1100K 1100K 1100K 1100K

Ius Noricum cum Bauarico iterum egregie con-  
sentire constat. Hypothecae constitutionem neutri-  
quam desiderant. In L. 4. Tit. XX. et L. 6. Tit.  
XXII. simpliciter illimitata ius praelationis et tac-  
tum conceditur pignus. Contra ea credenti ad  
emendum per L. 5. Tit. XXII. ius praelationis tan-  
tum sub conditione hypothecae constitutae compe-  
tit. Quid, quod iam ex eo eximia inter credentem  
ad reficiendum, et emendum eluescit differentia,  
cum ille et pignore tacito (quod solum expressi con-  
stituerunt) E. stitutio-

stitutionem improbat) et iure praelationis singulari, hic autem exactio priuilegio, expressa tantum hypotheca constituta, gaudeat, hac autem neglecta mira metamorphosi soleat in classem transponi quartam. LVDOVICI in *Doctrina Pand.* Lib. XLII. de Reb. auct. *Iud. possid.* §. XI. p. m. 634.

Hinc et in collisione credentem ad reficiendum semper illi, qui ad emendum dedit mutuo pecuniam, praeferre uix dubitarem, licet nonnunquam sine ulla ambigatur ratione. Ius Noricum omnem perimit dubitationem. Nam L. 5. Tit. XXII. credenti ad emendum ius praelationis sub onere hypothecae tribuit constituenda, sed l. 6. et 4. reficiendi et ad refectionem credenti simpliciter sine ullo onere, modo itaque fauorabiliori, ius praelationis prae aliis creditoribus, ergo et credenti ad emendum, concessit. cf. SCHMID d. l. ad art. 25. EXCELL. COMMENT. ad *Reform. NOR.* Tit. XX. l. 4. §. 2. et Tit. XXII. l. 6. §. 2.

Coronidis loco annotare placet, uerbum: erz hauen in Legibus Noricis modo memoratis, solummodo de reparacione, neutquam de nouis intelligi aedificiis, cum haec legali fauore et legis ratione minime comprehendantur. COMMENT. cit. ad Tit. XXI. l. 4. Equidem primum animo mihi proposueram, plurium thesum controversarum explicationem ea- rundem.

23) 35 ( 5  
rundemque omnium collationem ex iure Germanico recentiori pragmatico; sed ob concatenata negotia, temporis angustia exclusus hic sermonem abrumpere, ac finem imponere cogor.

## AD D E N D A.

Thef. II. Affirmauimus, Legitimam titulo institutionis honorabili Iure etiam Norico esse relinquendam. Sententiam nostram adiuvare uidetur Textus Tit. XXXVI. Reformat. Nor. Lib. I. So die Eltern in iren Testamenten die Kinder oder andere absteigende, NB. zu Erben eingesetzt ic. Descendentes itaque heredes esse instituendos, tanquam principium ponitur indubitatum.

Ad Thef. III. illustrationis gratia notari meretur Königl. Preussische Hypoth. und Conc. Ordn. S. 165. 166. ubi non solum materia ad reficiendas aedes suppeditata, die Materialien überhaupts, sed et opificum merces, der Handwerker Arbeits = Lohn, aliis praefertur creditis cf. LVDOVICI Citt. zum Conc. Proc. Cap. X.

S. 44. lit. W.

E. 2

PRAE-

## ERRATA TYPOGRAPHICA.

lin. 12. p. 8. mit verpunden lege : nit verpunden.

PRAENOBISSIMO ET CONSULTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

IO. HEVMANNVS D.

H. T. DECANVS,



Nunc mirari desino , quod ante mirabam magnopere , quid caussae sit , quare tam pauci eorum , qui hac liberalissimis studiis praestantissimisque ingenii affluentia etate legum scientiae operam nuanter , ad rem communem singulares quosdam fructus ac laetos referant . Praetereo querelas uetus et quotidianas , multos , uix bubulci sorte dignos , in sacra Themidos penetralia irrueres ingenia paeclara , auxilio destituta , obsolescere . Nec commemoro , alios uel maiorum

lumis .

*luminibus, uel humorum pondere, uel fatuo  
fautorum iudicio adiutos, dies academicos, qui-  
bus nihil sanctius, concursando, bibendo, lu-  
dendo, aliud agendo leuiter consumere, opus-  
que semper procrastinare.*

*Iam cras istud habet Priami uel  
Nestoris annos,*

*Cras istud quanti dic mihi posset  
emi?*

*Sed hodie, quod optimus quisque acerbissime ferre solet, calamitas serpit latius. Magistri haud raro ipsi corrumpunt discipulos. Philosophiam uenditant, non istam laudandarum artium procreatrixem et animi medicinam; sed barbaram de rebus planissimis obscure differendi scientiam, asylum certe ignorantiae; iuris prudentiam, rerum diuinarum atque humarum notitiam, appendicis instar in nuce quasi tradunt, legum conditores maledictis insectantur, literas amoeniores, omnis doctrinae*

incem ac robur, rident, contemnunt et um-  
 bratilis disciplinae officinis assignant. Tan-  
 tum abest, ut sibi errorem hunc euelli patian-  
 tur, ut eos, qui ampliorem jurisprudentiae  
 apparatum explicant, qui, quam arduum sit  
 legum doctoris munus, cordate docent, pae-  
 stigiis iuuenes irretire clament. O tempora!  
 o mores! Iam uero in suauioribus paucorum,  
 quos inter **TU, VIR OPTIME,** excellis,  
 studiis dolores meos depono. **Tu** egregia in-  
 dole praeditus literisque cultioribus ornatus  
 scholas meas interiores diligenter adiisti, **Tuo**  
 que in me studio labores meos saepius leuasti.  
**Tu** dolos meos nosti, **Tu** nosti fallacias, **Tu**  
 nosti machinas, si in eo fraus esse potest, quod  
 ego, **Te** comite, diuinam artis nostrae for-  
 mam ac perfectam pernoscere laborauerim.  
 Acquiescamus igitur in incunda recte facta-  
 rum recordatione; **Tu** uero perfruare bono  
**Tua** singulari, sudore **Tuo**, Deo fortunante,

par-

parto. Ex Senatus splendidissimi decreto Tibi  
 iam aditus ad arcana reipublicae perscrutan-  
 da patet. Fallete augurium, quod Te iam  
 Consiliariorum Excellentissimorum collegio ad-  
 scribit? Certe ante oculos meos uersatur latis-  
 simus iste campus, in quo uirtus Tua excurret.  
 Iam cogitatione praesentio insignes meritorum  
 Tuorum immortalium laudes, quibus Te ci-  
 uitas, orbis literatus, academia, posteritas  
 omnis cumulabit. Cum omnem rectae men-  
 tis uirtutisque pulchritudinem exploratam  
 perspectamque habeas, nullas Te intemperias ab  
 istis deliciis honestissimis auulsuras esse confi-  
 do. Sed animum uehementer confirmabis  
 (indulgeas haec, quaeso, amico Tuo certissi-  
 mo, non aspero monitori) si speculum istud ue-  
 ri ac boni iurisconsulti, consiliarii atque po-  
 litici, quod olim illustris **TOBIAS OEL-**  
**HAFIVS**, huius Academiae procancellarius  
 grauissimus (nomen, cui musa nostra semper  
 assur-

affurgit) filio suo, iurium doctoris honoribus  
condecorato, ostendit, frequenter intueri pla-  
ceat. O! si placeret omnibus iustitiae sacer-  
dotibus, quibus salutis publicae pignora con-  
cedita sunt. Vale Tuaque me in po-  
sterum benevolentia complectere.  
Scribeb. XVI. April.

ccccccliii.



**ULB Halle**  
003 905 624



3

86





4579 12  
D. A. 1753, 2  
DISSESTITO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
SISTENS  
**QVORVNDAM IVRIS  
STATVTARII NORICI  
CAPITVM EXPLA-  
NATIONEM**  
QVAM  
AVCTORITATE ET CONSENSV MAGNIFICI  
IVRIS-CONSVLTORVM ORDINIS  
PRAESIDE DEO TRINVNO  
**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN IVRE VTROQVE HONORES ET DOCTORIS  
PRIVILEGIA RITV SOLLENNI AC LEGITIMO  
IMPETRANDI  
A.D. XVII. APRIL. A.R.S. clo Icccliii.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI TRADIT  
**JOHANNES MICHAEL FRIDERICVS  
LOCHNER**  
S. R. I. LIB. REIP. NORIMB. SYNDICVS  
ALTORFII  
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELIL.